

www.e-rara.ch

Marc. Tul. Ciceronis Epistolarum familiarium libri XVI

Cicéron

Friburgi Helvetiorum, 1608

Bibliothèque cantonale et universitaire Fribourg

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-135309>

Liber XV. M. T. C. C. M. F. Procons. S.P.D. coss. praet. tr, pl, senatui P.Q.R.I.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EPIST. FAM.

certiores, quid nobis faciendum sit, faciemusq; te statim certio- rem. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. Calend. Septemb.

M. T. C. TERENTIAE

S. P. D. 23.

*S*i vales, bene est: ego valeo. Reddita mihi iam tantum sunt à Cesare literæ satis liberales: & ipse opinionis celerius venturus esse dicitur. Cui verum obuiam procedam, an hic cum expectem, cum constituerò, faciam te certio- rem. Tabellarios mihi velim quam primum remittas. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. Pridie Idus Sext.

M. T. C. TERENTIAE

S. P. D. 24.

*S*i vales, bene est: ego valeo. Nos neque de Caesaris aduentu, neq; de literis, quas Philotimus habere dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certio- rem. Valitudinem tuam fac ut cures. Vale. III. Idus Sextilis.

M. T. C. CICERONIS EPI-
STOLARVM FAMILIARIVM

LIBER XV.

M. T. C. C. M. F. PROCONS. S. P. D.

COSS. PRAET. TR. PL. SENAT.

TVI P. Q. R. I.

*S*i vos B. V. B. E. E. Q. V. Et si non dubie mihi nunciabatur, Parthos transisse Euphratem cum omnibus fere

frē suis copijs: tamen quod arbitrabar à M. Bibulo pro-
 consule certiora de his rebus ad vos scribi posse, statuebā
 mihi non necesse esse publicè scribere ea quæ de alterius
 provincia nunciarentur. Postea verò quàm certissimis
 autoribus, legatis, nuncijs, literis sum certior factus: vel
 quod tanta res erat, vel quod nōdum audieramus Bibu-
 lum in Syriam venisse, vel quia administratio huius bel-
 li mihi cum Bibulo penè est communis: quæ ad me dela-
 ta essent, scribenda ad vos putavi. Regis Antiochi Com-
 mageni legati primi mihi nunciarunt, Parthorum ma-
 gnas copias Euphratem transire cœpisse. Quo nuncio al-
 lato, cum essent nonnulli, qui ei rei minorem fidem ha-
 bendam putarent, statui expectandum esse, si quid cer-
 tius Afferretur. Ad XIII. Calend. Octob. cum exercitū
 in Ciliciam ducerem, in finibus Licaonie & Cappado-
 cie mihi literæ redditæ sunt à Tarchondimoto, qui fide-
 lissimus socius trans Taurum, amicissimusq; populi Ro-
 mani existimatur. Patronū Orodis regis Parthorū filium
 cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratem,
 & castra posuisse Tybe, magnumque tumultum esse in
 provincia Syria excitatū. Eodē die ab Iamblichō Phy-
 larcho Arabum, quem homines opinantur, bene sentire,
 amicūq; esse Reipub. nostræ, literæ de eisdem rebus mi-
 hi redditæ sunt. His rebus allatis, etsi intelligebam socios
 infirmè animatos esse, & novarum rerum expectatione
 suspensos: sperabam tamen eos, ad quos iam accerieram;
 quāq; nostram consuetudinem integritatemq; perspexer-
 ant, amiciores populo Rom. esse factos: Ciliciam autem
 firmiorem fore, si equitatus nostri participes facta esset.
 Et ob eam causam, & ut opprimerentur, qui ex Cili-
 cū gentē in armis essent, & ut hostis is qui esset in Sy-
 ria, seu ei exercitum populi Rom. non modo non cederet
 his

EPIST. FAM.

his nuncijs allatis, sed etiam propius accedere: exercitū
ad Taurum institui ducere. Sed si quid apud vos auro-
ritas mea ponderis habet, in ijs præsertim rebus, quas voi
audistis, ego penè cerno: magnopere vōs & hortor &
moneo, ut his provincijs, serius vos quidem, quā deca-
it, sed aliquando tamen consulatis. Nos quæ admodū
instructos, & quibus presidys munitos ad tanti belli o-
pinionem miseritis, non estis ignari: quod ego negotium
non stultitia obcecatus, sed verecundia deterritus, non
recusavi. Neque enim vquam vllum periculum tan-
tum putavi, quod subterfugere mallet, quā vestræ
authoritati obtemperare. Hoc autem tempore res sese
habet, ut nisi exercitum tantum, quantum ad maxi-
mum bellum mittere soletis, maturè in has provincias
miseritis, summum periculum sit, ne amittende sint o-
mnes hæ provincie, quibus vectigalia populi Rom. con-
dinentur. Quamobrem autem in hoc provinciali dele-
ctu spem habeatis aliquā, causa nulla est: neq; multi sunt
& diffugiunt, qui sunt, metu oblato. Et quod genus hoc
milium sit, indicavit vir fortissimus M. Bib. in Asia:
qui, cū ei permississet, delectum habere noluerit. Na-
sociorum auxilia propter acerbitem atq; iniurias Im-
perij nostri, aut ita imbecilla sunt, ut non multum no-
iuvare possint: aut ita alienata à nobis, ut neq; expectan-
dum ab ijs, neq; committendum ijs quicquam esse vide-
tur. Regis Deiotari & voluntatem & copias quantacū-
que sunt, nostras esse duco. Cappadocia est inanis. Re-
liqui reges tyranniq; neque opibus satis firmi, nec volun-
tate sunt. Mihi in hac paucitate militum animus cer-
te non deerit: spero ne consilium quidem. Quid casurū
sit, incertum est. Utinam saluti nostræ consulere possi-
mus, dignitati certè consulemus. Valere:

Al.

M. T. C. M. F. PROC. S. P. D.

PRAET. TR. PL. SEN.

P. Q. R. 2.

SI V. B. E. E. Q. V. C. Iam prid. Cal. Sext. in provin-
ciam venissem: neq; maturius propter itinerū et na-
vigationum difficultatem venire potuissem: maxime con-
venire officio meo, reiq; publica conducere putavi, parare
ea quae ad exercitum, quaeq; ad rem militarem pertine-
rent. Quae cum essent, à me cura magis & diligentia,
quam facultate & copia constituta: nuncijsq; & liere de
bello à Parthis in provinciam Syriam illato quotidie
ferè afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaniam &
per Issuros, & per Cappadociam arburatum sum. Erat e-
nim magna suspicio, Parthos si ex Syria egredi atque ir-
rumpere in eam provinciam conarentur, iter eos per
Cappadociam, quod ea maxime pateret, esse facturos.
Itaque cum exercitu per Cappadociam eam pariem, quae
cum Cilicia continens est, iter feci: castraq; ad Cybistra,
quod oppidum est ad montem Taurum, locavi: ut Ari-
tasdes rex Armenus, quocunque animo esset, sciret nō
procul à suis finibus exercitum populi Rom. esse: & Deio-
tarum fidelissimum regem atque amicissimum Reipub.
nostrae, maxime coniunctum haberem, hominem cuius
& consilio & opibus adjuvari possit Respub. Quo cum
in loco castra haberem, equitatumq; in Ciliciam misis-
sem, ut & meus adveniens us civitatibus, quae in ea parte
essent, nuntiatus, firmiores animos hominum faceret, &
ego mature, quid ageretur in Syria scire possim: nēp-
eius tridui, quod in his castris morabar, in magno of-
ficio, & necessario mihi pendam putavi. Cum enim
vestra auctoritas intercessisset, ut ego regem Ariobarza-

EPIST. FAM.

nem, Euseben & Philorrhomaeum tuerer, eiusq; regni salutem, incolumitatem, regnumq; defenderem, regi regnoq; presidio essem: adiunxissetisq; salutem eius regis populo Senatuq; Romano magnae curae esse, quod nullo unquam de rege decretum esset à nostro ordine: existimaui me iudicium vestrum ad regem deferre debere, eiq; presidium meum, & fidē, & diligentiam polliceri: ut quando salus ipsius, & incolumitas regni mihi commendata esset à vobis, diceret, si quid vellet. Quae cum essem in consilio meo cum rege locutus, initio illi orationis suae vobis maximas, ut acbuit, deinde etiam mihi gratias egit: quod ei permagnum & perhonorificum videbatur, S. P. Q. R. tante curae esse salutem suam, meq; tantam diligentiam adhibere, ut & mea fides, & commendationis vestrae auctoritas perspicui possent. Atque ille primo, quod mihi maxima leticia fuit, ita mecum locutus est, ut nullas insidias neque vite suae, neque regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Cum ego ei gratulatus essem, idque me gaudere dixissem, cohortatus, ut recordaretur casum illum interitus paterni, & vigilantius se teneretur, atque admonitu Senatus consulere salutis suae, tum à me discessit in opordum Cybistra. Postero autem die cum Ariarathe fratre suo, & cum paternis amicis maioribus natu ad me in castra venit: perturbatus & flens, cum idem frater faceret, & amici, meam fidem, & vestram commendationem implorare coepit. Cum admirarer, quid accidisset nomi: dixit ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata, quae essent ante aduentum meum occulta, quod & qui ea patifacere possent propter metum reticissent: eo autem tempore spe mei praesidii, compluribus ea quae scivint, audacter ad se delatasse: in his amantissimum sui summa pietate praedictum fratrem dices

dicere ea quae is me quoque audiente dicebat, se sollicitum esse, ut regnare vellet, id viuo fratre suo accidere non potuisse, se tamen ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Quae cum esset locutus, monui regem, ut omnem diligentiam ad se conservandam adhiberet: amicosque in patris eius fide atque iudicio probatos hortatus sum, regis sui vitam docti casu acerbissimo patris eius, omni cura custodiamque defenderent. Cum rex à me equitatum cohortesque de exercitu meo postularet: etsi intelligebam vestro senatus consulto non modo posse me id facere, sed etiam debere: tamen cum Resp. postularet, propter quotidianos ex Syria nuncios, ut quam primum exercitum ad Ciliciae fines adducerem: cumque mihi rex patefactis iam insidijs non egere exercitu populi Rom. sed posse se suis opibus defendere videretur: illum cohortatus sum, ut in sua vita conservanda primum regnare disceret, à quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos uteretur iure regio: poena afficeret, quos necesse esset, reliquos metu liberaret: praesidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius, quam ad contentionem uteretur. Fore autem, ut omnes, quando senatus consultum nossent, intelligerent me regi, si opus esset, ex autoritate vestra praesidio esse futurum. Ita confirmato illo, ex eo loco castra movi, & iter in Ciliciam facere institui. Cum hac opinione è Cappadocia discederem, ut consilio vestro, casu incredibili ac penè divino regem, quem vos honorificentissime appellassetis nullo postulante, quemque meae fidei commendassetis, & cuius salutem magna vobis cura esse decrevissetis, meus adveniens praesentibus insidijs liberasset. Quod ad vos à me scribi non alienum putavi, ut intelligeretis ex ijs quae penè acciderunt, vos multò ante, ne ea accide-

EPIST. FAM.

rent, providisset: eoq; vos studiosius feci certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis, ingenij, fidei benivolentiaq; erga vos perspexisse, ut non sine causa tantam curam diligentiamq; in eius vos salutem videamini contulisse. Valete.

M. T. C. PROCONS. M. CATONI

S. P. D. 3.

Cum ad me legati missi ab Antiocho Commageni venissent in castra ad Iconium ad III. Non Septembriq; mihi nunciassent, regis Parthorum filium, quo cum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphratem maximis Parthorum copijs, multarumq; praeterea gentium magna manu venisse, Euphratemq; iam transgressisse: dicig; Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum, putavi pro nostra necessitudine mihi hoc ad te scribere oportere. Publice propter duas causas nihil scripsi: quod & ipsum Commagenum legati dicebam ad senatum statim nuncios literasq; misisse: & existimabam M. Bibulum proconsulem, qui circiter Idus Sextileis ab Epheso in Syriam navibus profectus erat, quo secundos ventos habuisset, iam in provinciam suam peruenisse: cuius literis omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, ut in huiusmodi re tantoque bello, maxima cura est, quae copijs & opibus tenere vix possumus, eam mansuetudine & continentia nostra sociorum fidelitate teneamus. Tu velim, ut consuevisti, nos absentes diligas & defendas. Vale.

M. T. C. IMP. CATONI

S. D. 4.

Summa tua auctoritas fecit, meumq; perpetuum de
tua

tua singulari virute iudicium, ut magni mei interesse pu-
 tarim, & res eas quas gessissem, tibi notas esse: & non igno-
 rari à te, qua equitate & continentia tuerer socios, pro-
 vinciamque administrarem. His enim à te cognitis,
 arbitrabar facilius me tibi, quæ vellem, probaturum.
 Cum in provinciam prid. Calend. Sext. venissem, & pro-
 pter anni tempus ad exercitum mihi confestim esse eun-
 dum viderem, biduum Laodiceæ fui: deinde Apameæ
 quatrimum, triduum Synnadis: totidem dies Philomeli.
 Quibus in oppidis cum magni conuentus fuissent, mul-
 tas ciuitates acerbissimis tributis, et grauissimis vsuris, et
 falso ere alieno liberaui. Cumq; ante aduentum meum
 seditione quadam exercitus esset dissipatus, quinque co-
 hortibus sine Legato, sine Tribu. militum, deniq; etiam si-
 ne Centurione vltro apud Philomelum confedis-
 sent, reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. Manecio legato im-
 peraui, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum
 duceret: coactog; in vnum locum exercitu, castra in Ly-
 caonia apud Iconium faceret. Quod cum ab illo diligen-
 ter esset actum, ego in castra ad VII. Cal. Septemb. veni:
 cum in terra superioribus diebus ex senatusconsulto & e-
 uocatorum firmam manum, & equitatum satis idoneum,
 & populorum liberorum, regumq; sociorum auxilia vo-
 luntaria comparauissem. Interim cum exercitu lustrato
 iter in Ciliciam facere cepissem, Calend. Septemb. legati
 à rege Commageno ad me missi, pertumuluose, neque ta-
 men non verè, Parthos in Syriam transisse nunciauerunt.
 Quo audito, vehementer sum commotus, cum de Syria,
 tum de mea provincia, de reliqua denique Asia. Itaq;
 exercitum mihi ducendum per Cappadociae regionem
 eam quæ Ciliciam attingeret putavi. Nam si me in Ci-
 liciam demisissim, Ciliciam quidem ipsam propter mon-

EPIST. FAM.

his Amani naturā facile tenuissem (Duo sunt enim aditus in Ciliciam ex Syria, quorum uterq^q parvis presidij^s propter angustias intercludi potest, nec est quicquam Cilicia contra Syriam munitius) sed me Cappadocia monebat: quæ patet à Syria, regesq^q habet finitimos, qui etsi si sunt amici nobis, tamen aperte Parthis inimici esse non audent. Itaque in Cappadocia extrema, non longe à Tauro, apud oppidum Cybistra castra feci, ut & Ciliciam tuerer, & Cappadociam tenens, nova finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaq^q expectationem maximi belli, rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper, & meo, & tuo, & senatus iudicio tributum est, vir cum benevolentia & fide erga populum Romanum, singulari, tum præstanti magnitudine & animi & consilij, legatos ad me misit, se cum omnibus suis corporis in mea castra esse venturum. Cuius ego studio officioq^q commotus, egi ei per literas gratias: idq^q ut maturaret, hortatus sum. Cum autē ad Cybistra propter rationem belli quinq^q dies essem commoratus, regem Ariobarzanem, cuius salutem à senatu te authore commendatē habebam, presentibus insidijs nec opinantem liberaui: neq^q solum ei salutis fui, sed etiam, curam ut cum auctoritate regnaret. Matram, & eum quem tu diligenter mihi commēdaras, Athenæum, importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud regē auctoritate gratiæ constitui. Cum magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis se, quod facturis putabatur, defenderet, adolescens & equitatu, ut peditatu, & pecunia paratus, & socijs, qui nonari aliquid volebant: perfeci ut è regno ille discederet, rexq^q sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aule communita, regnum cum dignitate obtineret. Interea cognoni multorum literis

ai q^q

atq; nuncijs, magnas Parthorum copias, & Arabum ad oppidum Antiochiā accessisse, magnūq; eorum equitatum, qui Ciliciam transisset, ab equitum nostrorum turmis, & a cohorte prætoraria quæ erat Epiphaneæ præsidij causa, occisione occisum. Quare cum viderem à Cappadocia Parthorum copias auersas non longè à finibus esse Ciliciæ: quā potui maximis itineribus ad Amanū exercitum duxi. Quō ut veni, hostem ab Antiochia recessisse, Bibulum Antiochiæ esse cognoui. Deiotarūq; confestim iam ad me venientem, cum magno & firma equitatu & pediatu, & cum omnibus suis copijs, certiorē feci non videri esse causā, cur abesset à regno: meq; ad eum, si quid forte noni accidisset, statim lueras nunciosq; missurum esse. Cumq; eo animo venissem, ut utriq; provincie, si ita tempus ferret, subvenirem: tamen id quod iam antè constitueram, vehementer interesse utriusq; provincie, pacare Amanum, & perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi, Cumq; me discedere ab eo monte simulassem. & alias parteis Ciliciæ petere, abessemq; ab Amanā iter vnius diei, & castra apud Epiphaneam fecissem: ad quartum Idus Octobris cum aduessperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad tertium Idus Octob. cum luce sceret, in Amanū ascēderem, distributisq; cohortibus & auxilijs, cum alijs Quintus frater legatus mecum simul, alijs C. Pontinus legatus, reliquis Marcus Manneius, & Lucius Tullius legati præessent: plerosq; nec opinanteis oppressimus, qui occisi, captiq; sunt: interclusi reliqui. Fugeranam autem, quæ fuit non vici instar, sed urbis, quod erat. Amanī caput: itemq; Sepyram & Ceminorim, acriter & diu repugnantibus, Pontino illā partem Amanī tenente, ex antelucano tempore, usq; ad horam diei decimanæ.

ERIST. FAM.

magna multitudine hostium occisa cepimus, castellaque
sex capta, complura incendimus. His rebus ita gestis, ca-
stra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexan-
dri quadriidum: & in reliquis Amani delendis, agrisque
vastatis, quae pars eius motis meae provinciae est, id cepimus
omne consumpsimus. Confectis his rebus, ad oppidum
Eleutherocilium Pindenissum exercitum adduxi: quod
cum esset altissimo & munitissimo loco, ab ijsque incolere-
tur, qui ne regibus quidem unquam parvisset: cum &
fugitivos reciperent, & Parthorum aduentum acerrime
expectarent: ad existimationem Imperii pertinere at-
bitratus sum, comprimere eorum audaciam: quo facilius
etiam ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio
nostro, frangerentur. Vallo & fossa circumdedit: sex ca-
stellis castrisque maximis sepsi: aggere, vineis, turribus
oppugnari: ususque tomentis multum, multis sagittariis,
magno labore me, sine ulla molestia sumptibus sociorum,
septimo quinquagesimo die rem confeci: ut omnibus par-
tibus urbe disturbatis aut incensis, compulsi in potesta-
tem meam pervenirent. His erant finitimi pari scelere
& audacia Tribarani: ab his Pindenisso capto obsides
accepi. Exercitum in hyberna dimisi. Quint. fratrem
negotio proposui, ut in vicis aut captis, aut male pacatis
exercitus collocaretur. Nunc velim tibi sic persuadeas,
si de his rebus ad senatum relatum sit, me existimaturum
summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum
sententia tua comprobaris. Idque, etsi talibus de rebus gra-
uissimos homines & rogare solere, & rogari scio, tamen
admonendum potius te a me, quam rogandum puto. Tu
es enim is qui me tuis sententijs sapissime ornasti: qui o-
ratione, qui predicatione, qui summis laudibus in sena-
tu, in concionibus ad coelum extulisti: cuius ego semper
tanta

tanta esse verborum pondera putavi, ut vno verbo tuo cum mea laude coniuncto, omnia consequi me arbitrarer. Te denique memini, cum cuidam clarissimo atque optimo viro supplicationem non decerneres, dicere te decreturum, si referretur ob eas res, quas consul in urbe gessisset. Tu idem mihi supplicationem decreuisti rogato, non ut multis, Repub. bene gesta, sed ut nemini, Repub. conservata. Multo quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates et subieris, et multo etiam magis, si per me licuisset subire paratissimus fueris: quod denique inimicum meum, tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, ut facile intelligerem, mihi quantum tribueres. Milonis causam in senatu defendenda approbaris. A me autem hac sunt profectura, quae ego in beneficii loco non pono, sed in veri testimony atque iudicii: non ut praestantissimas tuas virtutes tacitus admirarer (quis enim te non faciat?) sed in omnibus orationibus, sententiis dicendis, causis agendis, omnibus scriptis, Graecis, Latinis, omni denique varietate literarum mearum, te non modo istis, quos vidissemus: sed istis, de quibus audissemus, omnibus anteferebam. Queres fortasse, quid sit, quod ego hoc nescio quid gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem. Agam iam tecum familiariter, ut est et studiis et officiis nostris mutuis, et summa amicitia dignum, et necessitudine etiam paterna. Si quisquam fuit unquam remotus et natura, et magis etiam, ut mihi quidem sentire videor, ratione atque doctrina, ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum. Testis est consulatus meus: in quo, sicut in reliqua vita fateor eam me studiose secutum, ex quibus vera gloria nasci posset: ipsam quidem gloriam per se nunquam putavi expetendam: itaque et provinciam ornata, et spem non dubiam

EPIST. FAM.

triumphi neglexi. Sacerdotiū deniq³, cūm (quemadmo-
 dum te existimare arbitror) non difficillimè consequi
 possem, non appetui. Idem post iniuriam acceptam, quā
 tu Reip. calamitatem semper appellas, meam non modo
 non calamitatem, sed etiam gloriam. studui quam orna-
 tissima senatus populiq³ Rom. de me iudicia intercede-
 re. Itaque & augur postea fieri volui, quod antea negle-
 xeram, & eum honorem, qui à senatu tribui rebus belli-
 cis solet, neglectum à me olim, nunc mihi expedendū pu-
 ro. Hunc meae voluntati, in qua inest aliqua vis deside-
 ri, ad sanandum vulnus iniuria, ut faveas adiutorq³ sis,
 quod paulo anti me negaram rogaturum, vehem. inter-
 te rogo: sed ita, si non ieiunium hoc, nescio quid, quod
 ego gessi, & contemnendum videbitur, sed tale atq³ tan-
 tum, ut multi nequaquam paribus rebus honores sum-
 mos à senatu consecuti sint. Equidem etiam mihi illud
 animaduertisse videor (scis enim, quā attenti te audi-
 re soleam) te nō tam res gestas, quā mores, instituta atq³
 vitam Imperatorum spectare solere in habendis, aut non
 habendis honoribus. Quod si in mea causa considerabis,
 reperiēs me exercitu imbecillo contra metum maximi
 belli, firmissimum praesidium habuisse, equitatem & cō-
 tinentiam. His ego subsidijs ea sum consecutus, quae nul-
 lis legionibus consequi potuissem: ut ex alienissimis socijs
 amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem, ani-
 mosq³ novarum rerum expectatione suspensos, ad veteris
 Imperij beneuolētiā traducerem. Sed nimis haec mul-
 ta de me, praesertim ad te, à quo vno omnium sociorum que-
 rele audiuntur: cognosces ex ijs qui meis institutis se re-
 creatos putant. Cumq³ omnes vno propē consensu de me
 apud te ea quae mihi optatissima sunt, predicabunt. tum
 dū maxime cunctula tua, Cyprus insula, & Cappado-
 cia

etiam regnum, tecum de me loquentur: puto etiam regem
 Deiotarum, qui uni tibi est maximè necessarius. Quæ si
 etiam maiora sunt, & in omnibus sæculis pauciores viri
 reperti sunt, qui suas cupiditates, quàm qui hostium co-
 pias vincerent, est profectio tuum, cum ad res bellicas hæc
 quæ rariora & difficiliora sunt, genera virtutis adiūce-
 ris, ipsas etiam illas res gestas instiores esse, & maiores
 putare. Extremum illud est, ut quasi diffidens rogationi
 meæ philosophiam ad te allegem, qua nec mihi charior
 vlla unquam res in vita fuit, nec hominum generi, maius
 a Dysmanus vllum est datum. Hæc igitur, quæ mihi te-
 cum communis est, societas studiorum atq; artium no-
 strarum, quibus à pueritia dediti ac deuincti, soli prope-
 modum nos philosophiam illam veram & antiquam quæ
 quibusdam ocij esse ac desidie videitur, in forum atq; in
 Remp. atq; in ipsam aciem penè deduximus: tecum agit
 de mea laude, cui negari à Catone fas esse non puto.
 Quamobrem sic tibi persuadeas velim, si mihi tua sen-
 tentia tributus honor ex literis fuerit: nec existimaturū
 cum auctoritate tua, tum beniuolentia erga me, mihi,
 quod maximè cupierim, contigisse. Vale.

M. CATO T. C. IMP.

S. P. D. 5.

Quod & res pub. me, & nostra amicitia hortatur li-
 biter facio, ut tuam virtutē, innocentiam, diligē-
 tiam cognita in maximis rebus, domi togati, armati fo-
 ris pari industria administrare gaudeā. Itaq; quod pro
 meo iudicio facere potui, ut innocentia consilio quæ tuo
 defensionem provinciam, seruatum Ariobarzani cū ipso
 regere regnum, sociorum renocatam ad studium Imperij
 nostri voluntatem, sententia mea & decreto laudarem,
 fe.

EPIST. FAM.

feci. Supplicationem decretam, si tu qua in re nihil fortuito sed summa tua ratione et continentia Reipub. prosum est, dijs immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum maioris, gaudeo. Quod si triumphi praerogativam putas supplicationem, & idcirco causam potius, quam te laudari maioris: neque supplicationem sequitur semper triumphus, & triumpho multo clarius est, senatum iudicare potius mansuetudine & innocentia Imperatoris provinciam, quam vi militum, aut benignitate Deorum retentam atque conservatam, esse: quod ego mea sententia censebam. Atque haec ego idcirco ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut quod maxime volo, existimes me laborare, ut tibi persuadeam, me & voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sum arbitratus, & quod tu maluisti, factum esse gaudere. Vale, & nos dilige, et instituto itinere securitatem indulgentiamque socijs & Reip. presta.

M. T. C. M. CATONI

S. D. 6.

Letus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Nenum, ab te pater laudato viro. EA EST ENIM profecto incunda laus, quae ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ego vero vel gratulatione literarum tuarum, vel testimonijs sententiae dictae, nihil est quod me non assecutum putem. Idque mihi tum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiae dedisse quo liquido veritati dares. Et, si non modo unus, verum etiam multi Catones essent in civitate nostra, in qua unum extitisse mirabile est: quem ego currum, aut quam lauream ex tua laudatione conferrem? Nam ad meum sensum, & ad illud sincerum ac subtile iudicium nihil potest esse laus.

laudabilius, quàm ea tua oratio, quæ est ad me perscripta à meis necessarijs. Sed causam meæ voluntatis, non enim dicā cupiditatis, exposui tibi superioribus literis. quæ etiam si parum instat tibi visâ est, hanc tamen habet rationem, ut non nimis concupiscendus honos: sed tamē si deferatur à senatu, minimè aspernandus esse videatur. Spero autem illum ordinem pro meis ob Rempublicam susceptis laboribus, me non indignum honore, vsitato præsertim, existimaturum. Quod si ita erit, tantum ex te peto, quod amicissimè scribis. ut cum tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris: si id quod maluerò, acciderit, gaudeas. Sic enim fecisse te, & scripsisse, & verius sensisse video: res quæ ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iucundum, quod scribendo affuisti. Hæc enim senatuscons. non ignoreo ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego ut spero, te propediem videbo, atq; vnam Reppub. meliorem, quàm timeo. Vale.

M. T. C. PROC. M. MARCEL-

LO COS S. P. D. 7.

TE & pietatis in tuos, & animi in Rempublicam, & clarissimi atq; optimi consulatus C. Marcello consule factò, fructum excepisse vehementer gaudeo. Nō dubito, quid præsentēs sentiant. Nos quidem longinquī, & à te ipso missi in vltimas gentes, ad cæli in hercule te tollimus verissimis ac iustissimis laudibus. Nā cum te à pueritia tua vnice dilexerim, tuq; me in omni genere semper amplissimum esse & volueris & iudicaris: tum hoc vel tuo factò, vel populi Rom. de te iudicio multo acrius vehementiusquæ diligo: maximaquæ lætitiā afficior, tum ab hominibus prudentissimis, virisq; optimis, omnibus

EPIST. FAM.

nibus dictis, factis, studiis, institutis, vel me tui similem
esse audio, vel te mei. Vnum verò si addis ad præclarissi-
mas res consulatus tui, ut aut mihi succedat, quàm pri-
mum aliquis, aut ne quid accedat, temporis ad id quod
tu mihi & senatusconsulto, & lege sinisti, omnia me per te
consecutum putabo. Cura ut valeas, & me absentem di-
ligas atq; defendas. Quæ mihi de Parthis nunciata sunt,
quia non putabam à me etiam nunc scribenda esse pu-
blice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra vo-
lui ad te scribere: ne, cum ad consulem scripsissem, publi-
cè viderer scripsisse. Vale.

M. T. C. PROC. C. MARCELLO CONS
DESIG. S. P. D. 8.

Maxima sum letitia affectus, cum audiui te consu-
lem factum esse: cumq; honorem tibi deos fortunae
re volo, atq; à te pro tua parentisq; tui dignitate admini-
strari. Nam cum te semper dilexi amantissimè, quod me
amantissimè cognoui in omni varietate rerum mearum:
in patris tui pluribus beneficiis, vel defensus tristib. tem-
poribus, vel ornatus secundis, necesse est, ut & sim totus
vester, & esse debeam: cum præsertim matris tue gravis-
sime atq; optimæ feminae maiora erga salutem dignita-
temq; meam studia, quàm erant à muliere postulanda
perspexerim. Quapropter à te peto maiorem in modum
ut me absentem diligas atq; defendas. Vale.

M. T. C. PROC. M. MARCELLO
COLLEGAE S. P. D. 9.

Marcellum tuum consulem factum, atq; ea letitia
affectum esse, quam maximè optasti, mirum in-
modum gaudeo: idq; cū ipsius causa, tum quod te omni-
bus

bus secundissimis rebus dignissimum iudicio: cuius erga me singularem beneuolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi: totam deniq; domum vestra^{re} salutis vel dignitatis meae studiosissimam cupidissimamq; cognoui. Quare gratum mihi feceris, si uxori tuae Iuniae, grauissimae atque optima femina, meis verbis eris gratulatus. A te id quod consueuisti, peto, me absentem diligas atq; defendas. Vale.

M. T. CIC. IMP. C. MARCELLO

CONS. DESIG. S. P. D. IO.

Quando id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium Marcellorū, Marcellinorum etiam (mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quando ergo ita accidit, ut omnium vestrum studio tuus cōsulatus satisfacere posset, in quem mea res gesta, lausq; & honor earum potissimum incidere: peto a te, id quod facillimum fuit sit, non aspernante, ut confido, senatu, ut quā honorificētissimū senatus consultum literis meis recitatis faciendū cures. Si mihi tecum minus esset, quā est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, a quibus intelligis me precipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima: neq; enim salutis meae, neq; honori amicius quisquam dici potest. Frater tuus quanti me faciat, semperq; fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. Domus tua deniq; tota me semper omnibus summis officijs prosecuta est. Neq; vero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum. Quare a te peto maiorem in modum, ut me per te quā ornatissimum velis esse: meamq; & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus exstimatione satis tibi esse commendatam putes. Vale.

M.

EPIST. FAM.

M. T. C. IMP. C. MARCELLO

COS. DESIG. S. P. D. II.

Quanta tibi cura meus honos fuit, & quam idem
ex literis consul in me orando & amplificando,
qui fueras semper cum parentibus tuis & cum tota domo,
et si res ipsa loquebatur, cognovita me ex meorum omni-
um literis. Itaque nihil est tantum, quod ego non tua causa
debeam, facturusque sum cum studiosè, tum libenter. Nam
magnum interest, cui debeas, debere autem nemini malui,
quam tibi, cui me cum studia communia, beneficia patet-
na, tuaque iam ante coniunxerant, tum accedit, mea qui-
dem sententia, maximum vinculum, quod ita Republi-
geris, atque gessisti, quàm mihi charius nihil est, ut quantum
tibi omnes boni debeant, quò minus tantundem ego unum
debeam, non recusem. Quamobrem tibi velim hi sint
exitus quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me na-
vigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsas Ece-
sias, propediem te, ut spero, videbo. Vale.

M. T. C. IMP. L. PAVLO COS.

S. D. 12.

Et si mihi nunquam fuit dubium, quin te populus
Romanus pro tua summis in Republicam me-
ritis, & pro amplissima familie dignitate, summo studio,
cunctis suffragiis consulem facturus esset: tamen incredi-
bili leticia sum affectus, cum id mihi nunciatum est, eū-
que honorem tibi Deos fortunare volo atque, ex tua mai-
orumque tuorum dignitate administrari. Atque utinam
presens illum diem optatissimum videre potuissem, proque
tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis tibi opera
meam studiumque navare. Quam mihi facultatem quā-
dam

do hic nec opinatus, & improvisus provincia casus eripuit: tamen ut te consulem Rempublicam pro tua dignitate gerentem videre possim, magnoperè à te peto, ut operam des, efficias ne quid mihi fiat iniurie, neue quid temporis ad meum annum munus accedat. Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

M. T. C. IMP. L. PAVLO

COS. S. D. 13.

Maximè mihi fuit optatum Romæ esse tecum, multas ob causas, sed præcipuè, ut & inpetendo, & in gerendo consulatum meum tibi debitum studium perspicere posses. Ac petitionis tue ratio mihi semper fuit explorata, sed tamen nauare operam volebam. In consulatu vero cupio equidem te minus habere negotij: sed molestè fero mihi consulem tuum studium adolescentis perspicere: te meum, cum id ætatis sim, perspicere non potuisse. Sed ita fato, nescio, quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas: mihi ad remunerandum nihil suppetat, præter voluntatem. Ornasti consilium, ornasti reditum meum. Incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. Itaque cum & tua summa amplitudo & dignitas, & meus magnus honos, magnaque existimatio postulare videatur, ut à te plurimis verbis contendam ac petam, ut quam honorificentissimum senatusconsultum de meis rebus gestis faciendum cures: non audeo vehementer à te contendere, ne aut ipse tue perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. Quare ut te velle arbitror, ita faciam: atque ab eo quem omnes gentes sciunt, & hic optimè meritum, breviter petam. Si alij consules essent.

EPIST. FAM.

sent, ad te potissimum Paule mitterem, ut eos mihi quam
amicissimos redderes. Nunc cum tua summa potestas
summaq; authoritas, notaq; omnibus nostra necessitudo
sit, vehementer te rogo, ut & quam honorificentissimè cu-
res decernendum de meis rebus gestis, & quam celerrimè
Dignas res esse & honore & gratulatione cognoscas ex li-
teris, quas ad te & collegam, & ad Senatum publicum
misi, omniumque mearum reliquarum rerum, maxime
que existimationis mee procuracionem susceptam velim
habeas. Inprimisq; tibi curae sit, quod abs te superioribus
quoq; literis petui, ne mihi tempus prorogetur. Cupi-
te consulem, omniaq; que spero, cum absens, tum etiam
presens te consule assequi. Vale.

M. T. C. CASSIO PROC.
S. P. D. 14.

M Arcum Fabium quod mihi amicum tua comen-
datione das, nullum in eo facio quaesum: multu-
nim anni sunt, cum ille in ere meo est, & a me diligenter
propter summam suam humanitatem & observantiam
Sed tamen quod te ab eo egregie diligere sensi, multo amio-
or ei sum factus. Itaq; quanquam profecerint literae tuae
men aliquanto plus commendationis apud me habuit
nimus erga te mihi perspectus & cognitus. Sed de Fabio
faciemus studiosè, qua rogas tu multis de causis, velim
me convenire potuisses: primu, ut tu, quē iā diu plurimi
facio, tanto intervallo viderem: deinde, ut tibi, quod
feci per literas, possem presens gratulari: iam, ut qui bene
de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communica-
remus postremo, ut amicitia nostra, quae summis officiis
ab utroque culta est, sed longis intervallis temporum in-
terruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehe-
mentius

mentius. Id quando non accidit, utentur bono literarum & eadem ferè absentes: quæ si coram essemus, consequemur. Unus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest: alter gratulationis est, is quidem exilior, quàm si tibi teipsum intuens gratularer. Sed tamen & feci antè, & facio nunc, tibi: quæ cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, cum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus, & summa gratia provincia consecuta est. Tertium est, ut id quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus idem literis. Ego ceterarum rerum causâ ubi Romam properandum magnoperè censo. Nam & ea quæ reliqui, tranquilla de te erant. & hac tua recenti victoriâ tanta, clarum aduentum tuum fore intelligo: sed si quæ sunt onera tuorum, si tanta sunt, ut ea sustinere possis prospera, nihil tibi erit cautius, nihil gloriosius: sin maiora, considera, ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus. Huius rei totum consilium in una est, tu enim sentis, quid sustinere possis. Si potes, laudabile atq; populare est: sin planè non potes, absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem idè tecum his ago literis, quod superioribus egi, ut omnes tuos neros, in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinciam, quæ & Senatus & populus annuam esse voluit, temporis prorogetur. Hoc à te ita contendo, ut in eo fortunæ meas positas putem. Habes Paulum nostrum nostri cupidissimum: est Curio, est Farnius. Sic vel mentare, quæ si in eo sint, mihi omnia. Extremum illud est de ijs, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitie: de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamenta te mihi fore duxi: fuisti etiâ præsidio tristissimis meis temporibus: accessit post innum discessum fa-

EPIST. FAM.

miliaritas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaq; in vestro ingenio & industria mihi plurimū & suauitatis & dignitatis constitutum puto. Id tu, ut tuo studio confirmes, te vehementer rogo, literasq; ad me & continuo mittas: & cum Romam veneris, quā sepiissimē. Vale.

M. T. C. C. CASSIO

S. D. 15.

ET si uterq; nostrū spe pacis, & odio ciuilis sanguinis abesse à belli necessaria pertinacia voluit: tamen quando eius consilij princeps ego fuisse videor: plus fortasse tibi prestare ipse debeo, quā à te expectare. Etsi ut saepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecū, & item mecum tuus adduxit vtrumque nostrū ad id consiliū, ut vno praelio putaremus, si non totam causam at certē nostrum iudiciū definiri conuenire. Neque quisquam hanc nostram sententiam verē vnquam reprehendit, præter eos qui arbitrantur melius esse delere omnino Rempublicam, quā imminutam & debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam, ex reliquijs magnam. Sed ea sunt consecuta, ut magis mirū sit accidere illa potuisse, quā nos non vidisse ea futura: nec, cum homines essemus, diuinare potuisse. Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut illo quasi quodam fatali praelio facto, & victores communī salutī consulere vellent, & victi suā, vtrumque autem p̄stitum esse in celeritate victoris. Quasi si fuisset eandem clementiam experta esset Aphrica, quā cognouit Asia, quā etiam Achaia, & ut opinor, ipso legato & deprecatore. Amisissis autem temporibus, quæ plurimū valent, præsertim in bellis ciuilibus, interpositus annos alios induxit, ut victor am̄ sperarent, alios ut ipsum vin

ci contemnerent: atque horum malorum omnium cul-
pam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli
tantam morā huic bello adiunctum iri, aut nescio quem
istum Pharnacen. Asia terrorem llaturam putaret?
Nos tamen in consilio pari, casu dissimili vsumus: tu e-
nim eam partem petisti, ut & consiliis interesse, & quod
maximē curam leuat, futura animo prospicere posses: ego
qui festinavi, ut Casarem in Italia viderem (sic enim ar-
bitrabamur) eumque multis honestissimis viris conser-
uatis, redeuntem, ad pacem currentem, ut aiunt, incita-
rem: ab illo longissime & absūm, & absui. Versor autem
in gemitu Italiae & in vrbis miserrimis querelis, quibus
aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quis-
que ferre potuisset, si author affuisset. Quare velim, pro
tua erga me perpetua benevolentia, scribas ad me, quid
videas, quid sentias, quid expectandum, quid agendum
nobis existimes. Magni erant mihi tuae literae: atque utinā
primis illis quas Luceria miseras paruissem: sine ulla n-
molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.

M. T. C. C. CASSIO

S. P. D. 16.

Puto te iam supputare, cum hac te tertia iam epistola
ante oppressit, quam tu schedulam aut literam: sed
non vrgeo, longiores enim expectabo, vel potius exigam.
Ego si semper haberem, cui darem, vel ternas in hora da-
rem. Fit enim nescio quid, ut quasi coram adesse videre,
cū scribo aliquid ad te, neg, id καὶ εἰδῶ λαὸν Πανασίας
ut dicunt, tui amici noni, qui putant, etiam Agyon-
τίας Πανασίας spectris Catianis excitari. Nā ne te fu-
giat, Catius Epicureus, qui nuper est mortuus, quae ille

EPIST. FAM.

Gargetius, etiam antè Democritus εἰδωλὰ, hic
spectra nominat. His autem spectris etiam si oculi possent
feriri, & quod velus ipsa occurrunt, animus qui possit,
ego non video: doceat me oportebit, cum saluus vene-
ris, in mea ne potestate sit spectrum tuum, ut simulacrum
hi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat? Neg. scilicet
de te, qui mihi heres in medullis: sed si in sulam Britanniam
am cœpero cogitare, eius εἰδωλὸς mihi aduolabit ad pe-
ctus. Sed hoc posterius: tento enim te, quo animo accipi-
as: si enim stomachare et moleste feres, plura dicemus pro-
stulabimurq; ex qua heresi ut hominibus armatis de-
ctus sis, in eam restituare. In hoc interdicto nō soles addi
in hoc anno. Quare si iam biennium aut triennium offi-
cium virtutis nuncium remisisti, delinitus illecebris volu-
ptatis, in integro res nobis erit: quanquam qui cum lo-
quor? Cū vno fortissimo viro qui postea quam forum at-
tigisti, nihil fecisti, nisi plenissimum amplissime dignita-
tis. In ista ipsa dīpēsei metu ne plus nervorum sit, quàm
ego putarim, si modò eam tu probas. Quid tibi in men-
tem venit, inquires? Quia nihil habebā aliud quod scri-
berem. De R. pub. enim nihil scribere possum, neq; enim
quod sentio, libet scribere. Vale.

M. T. C. C. CASSIO. S. D. 17.

P Reposteros habes tabellarios, etsi me quidem non
offendunt: sed tamen cū à me discedunt, flagitant
litteras: cū ad me veniunt, nullas afferunt: atq; idipsum
facerent commodius, si mihi aliquid spatij ad scribendū
darent: sed petasani veniunt, comites ad portam expe-
ctare dicunt. Ergo ignosces: alteras habebis has breues,
sed expecta πάντα & οὐκ πάντα, etsi quid ego me tibi
pargo

purgo, cum tui ad me inanes veniant, ad te cum epistolis reuertantur? Tamen ad te scribam aliquid. Nos hic D. Syllam patrem mortuum habebamus, alijs à latronibus, alijs crudelitate dicebant: populus non curabat: combustum enim esse constabat, hoc tu pro sapientia tua feres equo animo: quanquam περὶ σωπὸν πόλεως amissimus. Cæsarem petabant moleste laturum verentem ne bastarefraxisset. Minidius Marcellus & Aelius pigmentarius valde gaudebant, se aduersarium perdidisse. De hispania noui nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristicios, sed ἀδέσποτοι. Pansa noster paludatus ad III. Cal. Ian. pfectus est, ut quinis intelligere posset id quod nuper dubitare coepisti, τὸ καλὸν ὅτι αὐτὸ αἶρετὸν esse. Nam quod multos miserijs lenauit, & quod se in his malis hominem prebuit, mirabilis eum virorum bonorum beneuolentia prosecuta est. Tu quod adhuc Brundisij moratus es, valde probo, & gaudeo: & mehercule puto sapienter facturum, si ἀνέσσω δὲ & fueris. Nobis quidē, qui te amamus, erit gratum: & ambo te, cum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris. Ego nunquam quemquam ad te, cum sciam, sine meis literis ire patiar. Vale.

M. T. C. C. CASSIO

S. D. 18.

Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset à me, cum iam iretur ad te: longior etiam, si Φαίδρον aliquem habuisset: nam πρὸς δαζεν sine periculo vix possemus. Ridere igitur, inquit, possumus: non mehercule facillimè, verū tamen aliam aberrationem à

Gg 4

molestijs

EPIST. FAM.

molestiis nullam habeamus. Vbi igitur, inquires, philosophia tua? In culina quidem mea, sed molesta est: pudet enim servire. Itaque facio me alias res agere, ne conuictum Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino noui. Te abesse mea causa, molestie fero: tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, meque, ut à puero fecisti, amabis.

C. CASSIVS M. T. C.

S. D. 19.

Non mehercule in hac mea peregrinatione quicquam libentius facio, quam scribo ad te: video enim cum presente loqui, & iocari. Nec tamen hoc usu venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. Pansa nostrum secunda voluntate hominum paludatum ex urbe exisse, cum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiam omnium nostrum. Spero enim homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amor probitas & clementia: atque ea quae maxime mali petant & concupiscant, ad bonos peruenire. Difficile est enim hominibus persuadere τὸ καλὸν εἶναι αὐτὸ αἰρετὸν esse, ἡδονὴν vero, et ἀναλγησίαν virtute, iustitia et τῷ καλῷ parari, & verum & praeterea probabile est: ipse enim Epicurus, à quo omnes Catij et Amasij mali verborum interpretes proficiuntur, dicit: *οὐκ ἐστὶν ἡδονῆς ἀντὶ τῆς καλῆς καὶ δικαίως ζῆναι.* Itaque & Pansa, qui ἡδονὴν sequitur, virtutem retinet: & ὅς qui à nobis Φιληδονοὶ vocantur, sunt Φιλόκαλοι, καὶ Φιλοδίκαιοι, omnesque virtutes & solunt, & retinent. Itaque Sylla, cuius iudicium probare debemus, cum dissen-

tit:

tire philosophos videret, non quæsit quid bonum esset
 & omnia bona cœmit: cuius ego mortem fortè mehercule
 le animo tuli. Nec tamen Cæsar diutius nos cum deside-
 rare patietur: nam habet damnatos, quos pro illo nobis
 restituat: nec ipse sectorem desiderabit, cum filium v. de-
 rit. Nunc, ut ad Rempub. redeam, quid in Hispaniis ge-
 ratur, rescribe. Percam, nisi sollicitus sum, ac malo veterē
 & clementem dominum habere, quàm novum et crude-
 lem experiri. Scis, Cneus quàm sit faciens: scis, quàmodo
 crudelitatem virtutem putet: scis, quàm se semper à vo-
 bis derisum putet: Vereor, ne nos rusticè gladio velis
 artium utroque. Quid fiat, si me diligis, rescribe. Hui
 quàm velim scire, virum ista sollicito animo, an soluto le-
 gas, sciam enim eodem tempore, quid me facere oportea-
 at, ne longior sim, vale, & me, ut facis, ama. Si Cæsar vi-
 sit, celeriter me expecta.

M. T. C. TREBONIO

S. D. 20.

O Ratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo
 commendavi. Natio me hominis impulit, ut ei
 rectè putarē: nisi fortè candidatorum licentia hic quoq;
 usus, hoc subito cognomē arripuit, et si modestus eius vul-
 tus sermoq; constans, habere quiddam à Ciceribus videba-
 tur. Sed de Sabino satis. Tu mi Treboni, quādo ad amica-
 rem meum aliquantulum olim discedens add. distis, quā
 tolerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos
 literis appellato, atq; ita, si idem fiet à nobis: quanquam
 duo causæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse de-
 beas, quàm nos, primū, quod olim solebant, qui Romæ
 erant, ad provinciātes amicos de Rep. scribere: nūc no-
 bis scribas oportet: Res enim publica istic est, deinde

EPIST. FAM.

quod nos alijs officijs tibi absenti satis facere possumus: tu nobis, nisi literis, non video, quare alia satisfacere possis. Sed cetera scribes ad nos postea. Nunc hæc primo cupio cognoscere, iter tuum cuiusmodi sit ad nos: ubi Bruterum nostrum videris, quandiu simul fueris. Deinde, cum processeris longius, de bellicis rebus, de toto negotio, ut existimare possimus, quo statu simus. Ego tantum me scire puero, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura ut valeas, meq; ames amore illo singulari. Vale.

M. T. C. TREBONIO

S. D. 21.

ET epistolam tuam legi libenter, & librum libentissime: sed tamen in ea voluptate hunc accipi dolorem, quod cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augenda nostræ (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum discedis à nobis, meq; tanto desiderio afficis, ut unam mihi consolationem relinquant, fore ut viriusque nostrum absentis desiderium crebris & longis epistolis leniatur. Quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi. Nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares. Nam, ut illa omitam, quæ civitate teste fecisti, cum mecum inimicitias communicasti, cum me concionibus tuis defendisti, cum Quaestor in mea atq; in publica causa consultum partis suscepisti, cum trib. pleb. Quaestor non parvisti, cui tuus praesertim collega pareretur: ut hac recentia, quæ meminerò semper, obliviscar: quæ tua sollicitudo de me in armis, quæ letitia in reditu, quæ cura, qui dolor, cum ad te curæ & dolores mei perferrentur Brundisium deniq; te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispania n. missus esses. Ut hac igitur omitam, quæ mihi
ta. 21

tanti estimanda sunt, quanti vitam estimo, & salutem
 meam: liber, quem mihi misisti, quantam habet declara-
 tionem amoris tui? Primum quod tibi factum vide-
 tur, quicquid ego dixi quod alius fortasse non item: dein-
 de, quod a sine facta sunt, sine sic fiunt, narrante te.
 venustissima: quin, etiam ante quam ad me veniatur,
 risus pene omnis consumitur. Quod si in his scriben-
 dis nihil aliud, nisi quod necesse fuit, de uno nec tam diu
 cogitavisses, ferrens essem si te non amarem. Cum verò
 ea que scriptura prosecutus es, sine summo amore cogita-
 re non potueris: non possum existimare, plus quen-
 quam a me ipso, quam me a te amari. Cui quidem ego
 amori, vixtam ceteris rebus possem, amore certè respon-
 debo: quo tamen ipso tibi confido facturum satis. Nunc
 ad epistolam venio, cui copiosè & suaviter scripta nihil
 est quod multa respondeam. Primum enim ego illas
 Calvo literas misi, non plus, quam has quas nunc legis,
 existimans exituras: aliter enim scribimus, quod eos solos
 quibus mittimus: aliter, quod multos lecturos putamus.
 Deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm
 id id verè potuisse fieri putas. Primum, quod ita indi-
 cabam, acutè movebatur: genus quoddam sequebatur,
 in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assueba-
 tur, quod probaret. Multa erant, & recondita litera-
 ris non erat. Ad eam igitur adhortabar. In exci-
 tando autem, & in aciendo plurimum valet, si laudes
 eum, quem cohortare. Habes de Calvo iudicium &
 consilium meum: consilium, quod hortandi causa lauda-
 vi: iudicium, quod de ingenio eius valde existimavi be-
 ne. Reliquum est, tuam perfectionem amore proseguar,
 redditum spe expectem: absentem memoria colam, omne
 desiderium literis mittendis accipiendisquè leniam.

Tu

EPIST. FAM.

Tu velim tua in me studia & officia multum tecum recordere: quæ cum tibi liceat, mihi nefas sit obliuisci, nō modo virum bonum me existimabis, verum etiam te me amari plurimum indicabis. Vale.

M. T. CICERONIS EPI-
STOLARVM FAMI-
LIARIVM
LIBER XVI.

M. T. C. ET CICERO F. TIRONI
HVMANIS S. ET OPT.
S. D. I.

V Ide, quanta in te sit suauitas: duas horas Thyrei fuimus: Xenomenes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent, opus: facturum puto. Mihi placebat, si firmitior esses, ut te Leucadem deportares, ut ibi te plane confirmares. Videbis quid Curio, qui Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere: quem, cum melius cūline tibi esset, ad me mitteres: sed cogitavi vnas literas Marionem afferre posse, me autem crebras expectare. Poteris igitur, & facies, si me diligis, ut quotidie sit Achaestus in portu. Multi erunt, quibus recte literas dare possis, qui ad me libenter perferant. Equidem Patras euntem neminem prætermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. Ei te totum trade, malo te paulo post valentem, quam statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas, cetera ego curabo